

De visionibus et somnijs

ptionis sacramenta in lege figurata et a prophetis predicta. Primum fuit conceptio siue incarnatio que fuit figurata in conceptioe Isaac: Gen. xviii. et prophetata Esa. viij. Accessit ad prophetiam et conceptio filii. Secundum est eius natiuitas que fuit figurata in natiuitate Isaac: Gen. xxij. et prophetata Esa. viij. Et tunc virgo concipiet et pariet filium. Tertium figuratum fuit Isaac. xvij. in virga aarō que non erat vna frōdit floruit et fructū fecit. Tertium est passio que figurata fuit in morte abel: Gen. iiij. et in immolatione vitule rufe: Numeri. xij. et agni. Ezo. xij. et prophetata Esa. liij. Sicut ovis ad occisionē ducet: Hierem. xj. Ego quasi agnus mansuetus que portat ad victimā. Quartum est descensus ad inferos qui fuit figuratus in Salsone: que tulit portas gage. In di. xvi. et prophetatus Zach. ij. Tu autem in sanguine testamēti eduxisti viticos de loco carceris etc. Quintum est resurrectio que figurata fuit in resuscitatione filii mulieris sarceptane. iij. Reg. xvij. prophetata Esa. vi. et in die tertia suscitabit nos. Sextum est ascensio que figurata fuit in translatione Enoch: Gen. v. et in rapto Helie. iij. Reg. i. et prophetata Esa. lix. Quis est iste que venit de edom. Ps. cxvj. Ascendit deus in iuvilo etc. Septimum est aduentus ad iudiciū: qui figuratus fuit in arcu celesti post diluuiū per colorē igneū: Gen. ix. et prophetatus Esa. iij. Dominus ad iudiciū veniet cum seniores populi sui. Item christi vita assimilatur illo libro: de quo agit Apoc. x. vbi dicit: Accipe librum apertū de manu angeli stantis supra mare et supra terram: quasi aptius diceret: Ex vita christi accipe eruditionē: quia liber est nisi accipe librum istum ut erudiaris. In hoc enim libro tot sunt littere que virtutes. humilitas enim est vna ista: patientia est alia: charitas alia. Sic de alijs: quod scilicet istas ipsemet christus scripsit se Job. xxxij. Librum scribat ipse que iudicat. i. filius cui per omne iudiciū dedit: Job. v. Ad exemplar igitur huius libri scribere quilibet suū debet: quia hoc est exemplar verax. An in iudicio omnibus aptus ostendit ut videat omnes eo falsitates librorum suorum: Apoc. x. Liber que est vite aptus est: et iudicati sunt mortui ex his que scripta erant in libro. Item parate ad lectionē: quia liber iste apertus est: et ideo exit librum aptum. Hic liber fuit clausus in mariano veteri. vrginalis in incarnatione:

tractus inde in natiuitate: sed aptus fuit in passione. Ibi enim christus clavis ferratis habuit aptas manus ut erudiret nos de agentibus. Item lancea habuit aptum latus vbi est cor ut erudiret nos de credentibus. Item corde credit ad iusticiam: vel de diligendis Luc. x. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. Item aptos pedes ut erudiret nos de appetendis: quia pedes ante sunt eius affectus. Item ad opis imitationē: quia liber ille de manu angeli accipendus est. Angelus est predictor que non tantum verbo sed exemplo annūciat vitam christi. Unde talis librum istum. i. vitam habet in manu. i. in opis imitatione. Qui ergo talis predictor sequitur exemplum recte de manu angeli librum accipe dicit. An terrestribus angelus Paulus librum istum accipe de manu nos hortatur dicit. i. Cor. iij. Imitator mei esto. sic et ego christi. Ergo librum accipe de manu angeli. i. exemplum tene boni magistri que facit et docet opera christi. Talis magister est que mare et terram pedibus calcatur. i. aduersa et prospera superat. An dicit: Statis supra mare et supra terram. Per mare enim aduersa: prospera vero per terram intelliguntur.

Sinit septimi libri.

Incipit plogus libri octauis: in quo continentur exempla de legibus: id est de iure canonico et civili.

Regū cōditiō

res iusta decernunt: Propter uer. viij. et libere arbitriū hoīs: ex quo opera humana proueniunt non est determinatū ad unū: pertinet hoīs non in suis opibus ratione pcedere sed plures errare: propter quod fuit necessarium hoīs habere in suis actibus regulam dirigentem. Quod autem hoīs ratio que est principium finis principium in agendis: sit cōis mēsurā vel regula operum humanorum: diuisa tamen hoīm opera mediātibus diuisis habitibus ab ea regulantur. Nam opera humana extrinseca que ad vitam ipsius hoīs pertinet corporalē regulantur a ratione humana arte mediante. An in primo Metaph. de quo hoīm generis arte et ratione viuunt. et ars ut diffinit philosophus in. vi. Ethico ratiō recta ratio factibilis: et vocat ipse factibilis opera que possunt ab extrinseca materia fieri corporali. Et non hoīs opera que pertinent ad vitam moralem re-